

24
plus et plus maioriatur. **T**unc ibi. Tercio an iudaice. **T**ercia questio. verum cum vnu sit celus sicut voluit aristoteles. an sunt tres. sicut iudei et egiptij volunt. Posuit enim aristoteles. vnu celum videlicet stellatum. septem sperarum celestium ipsorum septem planetarum contentiuum. Iudei autem et egiptij triplex celum posuere. videlicet stellatum quod est stellarum contentiuum. Et crystallinum non quidem ab humiditate. sed a perspicuitate. Et empirium. id est igneum non ignee et ardentis nature. sed resplendentis ad modum ignis. Theologi vero diuisioni

iudaice terre diuisioni polorum. an aristotelice simplici acquiescendum sit partitioni. **Q**uarto si iudaice. an finem ex ipsis sint. et in ipsis an quolibet sigillatim

iudaice contentiunt. Quartum celum quietum et immobile addentes. In quo thronus veri salomonis immobiliter continetur. Nam ad thronum veri salomonis per quindecim gradus ascenditur. Primus est terre. secundus aque. tertius aeris. quartus ignis. quintus lune. sextus mercurij. septimus veneris. octauus solis. nonus martis. decimus iouis undecimus saturni. duo decimus celum stellatum. tredecimus celus crystallinum. quartus decimus celum empirium. Super quo celestis curia.

Notandum hic quod celum a beato Thoma sic describitur. Celum est corpus primum natura simplicissimum. incorruptibilitate solidissimum quantitate maximum. qualitate lucidum. dyaphoneitate perspicuum. materia purissimum. figura sphericum. locali situ supremum. amplitudine creaturarum omnium in se contentiuum. Iste proprietates tam celo empirico quam primo mobili conueniunt. Sed preter hec celum empiricum est beatorum spirituum habitaculum. et specialiter sedes dei nuncupatum. Sed primo mobili specialiter conuenit quod est motu velocissimum. et in hec inferiora virtutis influxiuum. Voluit igitur aristoteles mundum sensibilem terminari ad firmamentum. ita quod vltima sperarum est spera stellarum fixarum. Unde dici potest secundum eundem. quod non est nisi vnum celum quibus diuersi sunt orbis. Sunt autem octo orbis seu speres celestes secundum aristoteles. ut patet in his versibus. Octo sunt speres quas sic poteris reperire. Celum stellatum. saturnus iupiter et mars. Sol venus hinc sequitur mercurius. vltima luna. **T**unc ibi. Quarto si iudaice. **Q**uarta questio incides ex tertia est. Dato quod tres sunt celi sicut iudaice vult opinio. An igitur sunt continui aut contigui. Sunt enim continua quia vltima sunt sicut. id est non distat. Sed contigua sunt quia vltima sunt sicut non tamen faciunt vnum sicut continua. **E**xemplum primum sicut curis et caro. **E**xemplum secundum sicut curis et camilla. si per se sentiamur arbor. ponenti vnum celum. **T**ercia est alta emergit quod vix. ex quo pres celi mouet localiter. et ipsis totum celum localiter moueat. tene opinionem iudaicam dici potest. quod illi celi sunt coniuncti. **D**icitur tamen